Jhs. Ma

Fr. Franciscus a Conceptione Provincialis Fratrum Discalceatorum B. M. V.
de Monte Carmeli primitivæ observantiæ in hac S. P. N. Alberti Prov.a
in Nova Hispania. Tibi dilecto nobis in Christo Fratri Francisco
a Ss.ma Trinitate nostræ Sacræ Religionis professo in Domino
salutem. Novimus te iam Sacro Diaconatus ordine insignitum
fuisse, vitæ ac morum honestatem, et congruam ætatem habere;
ideoque ut ad sacrum Presbyteratus ordinem, iuxta Sancti Concilij
Tridentini Decreta rite, et canonice promoveri possis, Licentiam
et facultatem tibi concedimus. Quapropter Ill.mos ac R.mos
Archiepiscopos vel Episcopos in Domino obsecramus, ut periculo
(si velint) de sua sufficientia (et supplicans intersit)
tibi huiusmodi ordinem dignentur impertiri. In quorum fidem
præsentes litteras manu nostra, ac secretarij nostri nomine
subscriptas, sigilloque nostri officij parvo munitas fieri iussimus
in hoc nostro Sancti Ioachim Conventu die decima
septima mensis Martij, anno Domini millesimo sexcente-
simo nonagesimo septimo.

Fr. Fran.cus a Conceptione
Prov.lis

De m.do R.di P. N. Provincialis

Fr. Antonius a Cruce
Secretarius

Lic.a Fr. Franciscus a S.ma Trinitate, ad sacrum Presbyteratus ordinem